



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXIX. Charta de agnatione si seruus ingenuam foeminam traxerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

156 MARCVLFI MONACHI
Ideo pro hoc statum ingenuitatis
meæ vobis visus sum obnoxiasse. Ita
vt ab hac die de vestro seruitio pe-
nitus non discedam. Sed quicquid
reliqui faciunt, pro vestro, aut agē-
tium vestrorū imperio facere spon-
deo. Quod si non fecero, aut me per
quodlibet ingenium de seruitio ve-
stro abstrahere voluero, vel domi-
nium alterius expetere, aut res susci-
pere voluero, licentiam habeatis
mihi qualemcumque volueritis dis-
ciplinā ponere, vel venundare, aut
quod vobis placuerit de me facere.
Facta obnoxiatione tūc, sub die illo.

XXIX. CHARTA DE AGNA-
tione, si seruus ingenuam trahit.

Igitur ego in Dei nomine ille, il-
li fœminæ. Illud non habetur in-
cognitum, qualiter seruus meus no-
mine ille, te absque parentum vel
tua voluntate, rapto scelere in con-

iugium sociavit, & ob hoc vitæ periculum incurere potuerat. Sed venientibus & mediantibus amicis, vel bonis hominibus conuenit inter nos, vt si aliqua procreatio filiorum orta fuerit inter vos, in integra ingenuitate permaneant. *Et si voluntaria seruum accipit dicis.* Omnibus non habetur incognitum, qualiter seruum meum nomine illum voluntaria secuta es, & accepisti maritum. Sed dum te ipsam & agnationem tuam, in meo inclinare potueram seruitio: Sed propter nomen Domini, & remissionem peccatorum meorum, propterea præsentem epistolam in te mihi complacuit conscribendam, vt si aliqua procreatio filiorum, aut filiarum inter vos orta fuerit, penitus nec nos, nec heredes nostri, nec quislibet, vllò vnquam tempore in seruitio inclinare non debeamus. Sed integræ ingenuita-

158 MARCVLFI MONACHI
tis, tanquam si ab vtrisque parenti-
bus ingenuis fuisset procreati, om-
ni vita sua permaneant. Peculiari
concesso, quocumque labore po-
tuerint, & sub integra ingenuitate,
super terram nostram, aut filiorum no-
strorum, absque vlllo praedicio de
statu ingenuitatis eorum comma-
nere debeant: & reditus terrae, vt
mos est, pro ingenuitate annis sin-
gulis desoluant, & semper in inte-
gra ingenuitate permaneant, tam
ipsi quam & posteritas illorum. Si
quis vero, quod futurum esse non
credimus, nos ipsi, aut aliquis de he-
redibus, vel quicumque contra hanc
chartulam venire tentauerit, aut
eam infringere voluerit, inferat ti-
bi, aut heredibus tuis, auri libras
tantas, argenti pondo tan. & quod
repetit vindicare non valeat; sed
praesens chartula omni tempore fir-
ma permaneat, stipulatione subni-
xa. Actum illo.